Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aut discipuli aut fecerunt sicut
precepit illis ihesus et adduxe
runt asinam et pullum et impo
suerunt super eos uestimenta sua
et eum desuper sedere fecerunt
Plurima autem turba straueruñt
uestimenta sua in uia. Alii autē
cedebant ramos de arboribus et
sternebant in uia. Turbe autē
que precedebant et que sequebat
clamabant dicentes. Osanna fi
lio dauid. bēdictus qui uenit in
nomine domini osanna in altis
simis. Et cum intrasset ihero
solimam commota est uniuersa
ciuitas dicens. Quis est hic. Po
puli autē dicebant. Hic est ihesus
propheta a nazareth galylee et
intrauit ihesus in templum di
et eiiciebat omnes uendentes
et ementes de templo et mēsas
nūmulariorum. et cathedras
uendentium columbas euertit
et dixit eis. Scriptum est domi
mea domus orōis uocabitur
Vos autē fecistis illam spelunca
latronum. Et accesserunt ad
eum ceci et claudi in templo et
sanauit eos. Videntes autem
principes sacerdotum et scribe
mirabilia que fecit et pueros
clamantes in templo et dicēte
osanna filio dauid. indigna
ti sunt et dixerūt ei. Audis quid
isti dicunt. Ihesus autē dixit
eis. Utique. Numquā legistis quia
ex ore infantiū et lactantium
perfecisti laudem. Et relictis illis
abiit foras in bethaniam. ibique
mansit et docebat eos di regno
dei. Mane autē facto reuertēs
in ciuitatem esurit. Et uidēs
fici arborem unam secus uiam
uenit ad eam et nichil inuenit
in ea nisi folia tantum et ait illi
Numquā ex te nascatur fructus
in sempiternum. Et arefacta e cō
tinuo ficulnea. Et uidentes disci
puli mirati sunt dicentes. Quōmō
continuo arruit. Respondēs at
ihesus dixit. Amen dico uobis. si
habueritis fidem et nō hesitauerit no
solum de ficulnea facietis si et si
monti huic dixeritis. Tolle te et
iacta te in mare ita fiet. Et om
nia quecumque petieritis in orōne
credentes accipietis. Et cum ue
nisset in templum. accesserunt
ad eum docentem principes sacer
dotum et seniores pli dicentes In
qua potestate hec facis et quis t
dedit hanc pōtatem. Respōdens
ihesus dixit eis. Interrogo et ego
unum uos sermonē quem si dixe
ritis mihi et ego dicam uobis in qua
pōtate hec facio. Baptismus iohā
nis unde erat de celo an ex hominib.
At illi cogitabant intra se dicēte
Si dixerimus de celo. dicet nob. Quare
ergo suscepistis et credidistis illi
Si autē dixerimus ex hominibus time
mus turbas. Omnes enim habebant
iohannem tanquā prophetam et
respondentes dixerunt ihesu. Nes
cimus. Ait illis. Et ipse nec ego
dico uobis in qua pōtate hec facio.